



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CLVIII. De Morte plurium Pruthenorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Conradus à Tierburg IX. Magister Provinc. Prussiae.

## CAP. CLVIII.

*De**Morte plurium Pruthenorum.*

**N**ON longè postea exercitus Pruthenorum intrans terram Colmensem, ipsam incendio & rapinâ & multâ strage hominum Christianorum vexavit. Tandem venerunt ad civitatem Colmensem, ubi eis cives occurrerunt armatâ manu, & inito certamine Capitaneum ipsorum & multos alios interfecerunt, & sic redemptus fuit captus ab eis omnis populus Christianus.

## CAP. CLIX.

*De**Vastatione terræ Colmensis & occisione quorundam Fratrum & armigerorum.*

**P**Ost hæc Scumandus cum Sudovitis intrans terram Colmensem, divisit exercitum suum in duas partes, quarum una processit contra Thorun, alia contra Colmensem civitatem, occidentes, capientes & comburentes, quicquid in via occurrit eis. Sed circa horam vesperarum convenerunt apud castrum Birgelavv, ibique castra metati sunt. In ipsa nocte fratres dicti castrorum cum suis armigeris exierunt, & exercitum dormientem inquietantes, occisis pluribus & lethaliter vulneratis factus fuit clamor magnus, quo audito Custodes, qui vigilias noctis servabant super dictum exercitum jam parati in armis supervenerunt, & duos Frarres cum (a) dimidio & plures armigeros occiderunt.

II 2

CAP.

